UNIVERSITÄTS
BIBLIOTHEK
WUPPERTAL

BERGISCHE
UNIVERSITÄT
WUPPERTAL

# Universitätsbibliothek Wuppertal

## Lukianu Hapanta

### Lucianus <Samosatensis>

### Basileæ, [1619]

Macrobii

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.
Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

urn:nbn:de:hbz:468-1-1433

Visual Library

*tum vitium caſtiſſimæ Deæ offerre conaretur, libidine æſtuans, ſemen in pauimentum effudit, ex quo Erichthonius natus. Scio hanc fabulam variè tractari. Iſocrates & Pauſanias Erichthonium Vulcano & Terra generatū opinantur. Vide Lucianum in Philopſeude.* l Poſt hæc Vlyſſes.] *Vlyſſes ex Penelope Icarij filia Telemachum ſuſcepit, eamq́; ita adamauit, vt reliquis Græcorum principibus ad bellum Troianū proficiſcentibus, ipſe inſaniam ſimulauerit, futurum ſperans, vt tanquam bello inutilis domi relinqueretur. Iunctis itaque duobus diuerſi generis animalibus, litus proſcindebat, & frugum loco ſalem ſerebat. Palamedem tamen virum prudentiſſimum latere non potuit, qui vt techinam illam detegeret, aranti Telemachum filium in ſulco obiecit. quod Vlyſſes conſpicatus, ne filium læderet, aratrum ſubleuauit. Quo argumento facilè deprehenſum eſt, non veram illam, ſed ſimulatam eſſe inſaniam. Pertractus itaque ad Troiam, ſtrenuam vtiliſſimamq́ue in bello Græcis operam nauauit. Lucianus inter domus ſuæ picturas fabulam hanc etiam refert, cuius mentionem fecit Hyginus cap. 95. Fabularum: Bocat. lib. 10. cap. 6. libr. 11. cap. 40. Ouid. 13. in contentione Aiax Vlyſſem notat his verbis:*

Optima nunc ſumat, qui ſumere noluit vlla.

*Et rurſus:*

Atq; vtinam aut verus furor ille, aut creditus eſſet,
Nec comes huc Phrygias vnquā veniſſet ad arces
Hortator ſcelerum, *&c. —. Nota eſt fabula ex antiquo poëta. Verſus ea de re Cic. lib. 3. Offic. recitat.*

ΜΑΚΡΟΒΙΟΙ *MACROBII.*

## Vincentio Obſopœo interprete.

### *ARGVMENTVM.*

CAtalogus eſt μακροβίων, hoc eſt eorum qui ad longam ætatem peruenerunt: quem natalicij muneris loco Quintillo cuidam mittit, ſomnio ad hoc faciendū, vt ipſe ait, admonitus. Recenſet autem principiò totas hominum

hominum nationes ac genera quæ diutiſſimè vixerint: deinde tranſitione ad ſingulos facta, reges primùm ac principes, deinde & Philoſophos, & Hiſtoricos, & Oratores, & Poëtas, & Grammaticos qui quàm maximè longæui fuiſſe perhibentur, annumerat. Orditur autem à cauſa qua ad hoc ſcriptum impulſus fuit, addita etiam commendatione operis ab vtilitate, quam ex hujus lectione percepturus ſit Quintillus.

ΟΝαρ τι τοῦτο, λαμπρότατε Κυϊντίλλε, κελευσθεὶς προσφέρω σοι δῶρον, τοὺς μακροβίους· πάλαι μὲν τὸ ὄναρ ἰδὼν, καὶ ἱστορήσας τοῖς φίλοις, ὅτε ἐτίθεσο τῷ δευτέρῳ σου παιδὶ τοὔνομα. συμβαλεῖν δὲ οὐκ ἔχων, τίνας ὁ θεὸς κελεύει μοι προσφέρειν σοὶ τοὺς μακροβίους, τότε μὲν ηὐξάμην τοῖς θεοῖς ἐπὶ μήκιστον ὑμᾶς βιῶναι, σέ τε αὐτὸν, καὶ παῖδας τοὺς σοὺς, τοῦτο συμφέρειν νομίζων, καὶ σύμπαντι μὲν τῷ τῶν ἀνθρώπων γένει, πρὸ δὲ τῶν ἁπάντων, αὐτῷ τε ἐμοὶ, καὶ πᾶσι τοῖς ἐμοῖς. καὶ γὰρ κἀμοί τι ἀγαθὸν ἐδόκει προσημαίνειν ὁ θεός.

*Somniū numeris*[a] *loco, clariſsime Quintille, iuſſus apporto tibi longæuos: ſomnium inquam, quod iam olim vidi, & amicis narraui meis, quo die minori natū filio tuo nomen indiſti. Cùm autem nulla coniectura potuiſſem aſſequi, quóſnam Deus hoc ſomnio longæuos tibi me afferre mandaret, equidem deos id temporis precatus ſum, vt vitam quàm longiſsimam tu, & filij tui traducere-tis, ratus ſcilicet hoc profuturum cùm vniuerſo generi hominum, tum præ cæteris mihi, & meis omnibus. Siquidem hoc ipſo mihi quiddam felicitatis Deus viſus eſt prædicere.*

*Conſide-*

ἐνθυμούμενος δὲ κατ' ἐμαυτὸν, εἰς σύννοιαν ἦλθον, ὡς εἰκὸς ἦν, τοὺς θεοὺς ἀνδρὶ περὶ παιδείαν ἔχοντι ταῦτα προστάσσοντας, κελεύειν τι προσφέρειν σοι τῶν ἀπὸ τῆς τέχνης. ταύτην οὖν ὁσιωτάτην νομίζων τήν γε τῶν σῶν γενεθλίων ἡμέραν, δίδωμί σοι τοὺς ἱστορημένους εἰς μακρὸν γῆρας ἀφικέσθαι ἐν ὑγιαινούσῃ τῇ ψυχῇ, καὶ ὁλοκλήρῳ τῷ σώματι. καὶ γὰρ ἂν καὶ ὄφελος γένοιτό τί σοι ἐκ τοῦ συγγράμματος διπλοῦν. τὸ μὲν εὐθυμία τις, καὶ ἐλπὶς ἀγαθὴ, καὶ αὐτὸν ἐπὶ μήκιστον δύνασθαι βιῶναι· τὸ δὲ διδασκαλία τις ἐκ παραδειγμάτων, εἰ ἐπιγνοίης, ὅτι οἱ μάλιστα ἑαυτῶν ἐπιμέλειαν ποιησάμενοι, κατά τε σῶμα καὶ κατὰ ψυχὴν, οὗτοι δὲ εἰς μακρότατον γῆρας ἦλθον, σὺν ὑγιείᾳ παντελεῖ. Νέστορα μὲν οὖν, τὸν σοφώτατον τῶν Ἀχαιῶν, ἐπὶ τρεῖς παρατεῖναι γενεὰς Ὅμηρος λέγει, ὃν συνίστησιν ἡμῖν γεγυμνασμένον ἄριστα

*Conſideranti autem apud animum meum, venit in mentem, vt par erat homini liberalibus diſciplinis verſanti, deos hæc mihi præcepiſſe, vt aliquod eruditũ opuſculum, & ab ingenuis artibus profectum ad te deferrem.* [b] *Hanc itaq; aptiſsimam natalicijs muneribus offerẽdis diem exiſtimans, eos tibi dedico, quos ad longam ſenectutem ſana mente & integris corporis viribus perueniſſe comperimus. Fortaſſe autẽ ex huius libelli lectione gemina ad te peruenire poteſt vtilitas: vna, vt & alacritatem animo & optimam ſpem concipias, & te poſſe quàm diutiſsimè viuere: altera, quã inſtitutionem ab exemplis capias, cognitis ijs qui poſteaquã maximam ſui curam habuerunt, corporis pariter & animi ratione habita, ſummã ſenectutem ſine omni corporis incommodo ſunt conſequuti.* [c] *Homerus igitur Neſtorem principum Achiuorum ſapientiſsimum vitam ſuam tribus ſeculis produxiſſe ſcribit. quem nobi*

καὶ ψυχῇ καὶ σώματι· καὶ Τειρεσίαν δὲ τὸν μάντιν ἡ τραγῳδία μέχρις ἓξ γενεῶν παρατεῖναι λέγει. πιθανὸν δ' ἂν εἴη, ἄνδρα θεοῖς ἀνακείμενον, καὶ καθαρωτέρᾳ διαίτῃ χρώμενον, τὸν Τειρεσίαν ἐπὶ μήκιστον βιῶναι, καὶ γένη δὲ ὅλα μακρόβια ἱστορεῖται διὰ τὴν δίαιταν, ὥσπερ Αἰγυπτίων οἱ καλούμενοι ἱερογραμματεῖς. Ἀσσυρίων δὲ καὶ Ἀράβων οἱ ἐξηγηταὶ τῶν μύθων· Ἰνδῶν δὲ οἱ καλούμενοι Βραχμᾶνες, ἄνδρες ἀκριβῶς φιλοσοφίᾳ σχολάζοντες, καὶ οἱ καλούμενοι δὲ Μάγοι, γένος τοῦτο μαντικὸν, καὶ θεοῖς ἀνακείμενον· παρά τε Πέρσαις καὶ Πάρθοις, καὶ Βάκτροις καὶ Χωρασμίοις, καὶ Ἀρείοις, καὶ Σάκαις, καὶ Μήδοις, καὶ παρὰ πολλοῖς ἄλλοις βαρβάροις ἐῤῥωμένοι τέ εἰσι, καὶ πολυχρόνιοι, διὰ τὸ μαγεύειν διαιτώμενοι καὶ αὐτοὶ ἀκριβέστερον. ἤδη δὲ καὶ ἔθνη ὅλα μακροβιώτατα. ὥσπερ Σῆ-

*& animo & corpore exercitatum commendat. Et Tireſiam vatem poëtæ tragici ad ſex vſq; ætates hominum vitam prorogáſſe perhibent. Credibile eſt autem, virum dijs immortalibus ſacrum, & moderatiore viuendi ratione vtentem, longiſsima vita fuiſſe functum. Quin omnes nationes propter victus rationem longæuæ fuiſſe inueniuntur: cuiuſmodi ſunt Aegyptiorum ſacri ſcribæ, & apud Aſſyrios & Arabas fabularum interpretes, & apud Indos Brachmanes, ad amuſsim philoſophiæ ſtudijs vacantes. Prætereà quos Magos vocant, genus illud vatidicum, & dijs dicatum. Inſuper apud Perſas, & Parthos, & Bactros, & Choraſmios, & Sacas, & Medos, aliasq; multas gentes barbaras, qui & firma corporis valetudine ſunt præditi, & valde diuturni, cum beneficio magicæ quam exercent, tum quòd & ipſi accurata victus ratione vtantur. Iam verò gentes quoq; ætate omnium longiſsima vtẽtes, ex quibus ſunt Se-*

res

ρας μὲν ἱστοροῦσι μέχρι τριακοσίων ζῆν ἐτῶν· οἱ μὲν τῷ ἀέρι, οἱ δὲ τῇ γῇ τὴν αἰτίαν τοῦ μακροῦ γήρως προστιθέντες, οἱ δὲ καὶ τῇ διαίτῃ· ὑδροποτεῖν γάρ φασι τὸ ἔθνος τοῦτο σύμπαν. καὶ Ἀθώτας δὲ μέχρι τριάκοντα καὶ ἑκατὸν ἐτῶν βιοῦν ἱστόρηται. καὶ τοὺς Χαλδαίους ὑπὲρ τὰ ἑκατὸν ἔτη βιοῦν λόγος. τούτους μὲν καὶ κριθίνῳ ἄρτῳ χρωμένους, ὡς ὀξυδορκίας τοῦτο φάρμακον· οἷς γέ φασι διὰ τὴν τοιαύτην δίαιταν, καὶ τὰς ἄλλας αἰσθήσεις, ὑπὲρ τοὺς ἄλλους ἀνθρώπους ἐρρωμένας εἶναι. ἀλλὰ ταῦτα μὲν περί τε τῶν μακροβίων γενῶν καὶ τῶν ἐθνῶν ἅ τινά φασιν ὡς ἐπὶ πλεῖστον διαγίγνεσθαι χρόνον, οἱ μὲν διὰ τὴν γῆν καὶ τὸν ἀέρα, οἱ δὲ διὰ τὴν δίαιταν, οἱ δὲ καὶ δι᾽ ἄμφω. ἐγὼ δ᾽ ἄν σοι δικαίως τὴν ἐλπίδα ῥᾳδίως παράσχοιμι ἱστορήσας, ὅτι καὶ κατὰ πᾶσαν τὴν γῆν, καὶ κατὰ πάντα ἀέρα

*res, ad trecentos annos vſque viuere, memoriæ proditum eſt. Cuius rei cauſam nonnulli temperato aëri, nonnulli naturæ terræ, alij rationi viuendi aſſignant. Siquidem aiunt omnes illas nationes tantùm aquam potare. Compertum eſt autem Athotas quoque centum & triginta annos viuere, & Chaldæos vltra centum annos egredi fama eſt, & eoſdem hordeaceo pane vti, tanquam perſpicacitatis pharmaco. Quibus perhibent ob hanc ipſam victus rationem alios quoque ſenſus quàm cæteris hominibus eſſe validiores. Sed hæc de nationib9 longæuis, & gentibus quas plurimum ætatis aiunt viuere, nonnulli propter ſitum terræ, nonnulli propter aëris temperiem, nonnulli propter rationē victus, nonnulli autem propter vtrunque. Cæterùm ego iure optimo longè meliorem ſpem tibi oſtendam, ſi planum fecero, homines vbique terrarum & gentium, & ſub quouis*

ἀέρα μακρόβιοι γεγόνασιν ἄνδρες, οἱ γυμνασίοις τοῖς καθήκουσι, καὶ διαίτῃ τῇ ἐπιτηδειοτάτῃ πρὸς ὑγίειαν χρώμενοι. διαίρεσιν δὲ τοῦ λόγου ποιήσομαι τὴν πρώτην, κατά γε τὰ ἐπιτηδεύματα τῶν ἀνδρῶν· καὶ πρῶτόν γε τοὺς βασιλικοὺς καὶ στρατηγικοὺς ἄνδρας ἱστορήσω, ὧν ἕνα καὶ εὐσεβεστάτη μεγάλου θειοτάτου αὐτοκράτορος τύχη εἰς τὴν τελεωτάτην ἀγαγοῦσα τάξιν, εὐηργέτηκε τὰ μέγιστα τὴν οἰκουμένην τὴν ἑαυτοῦ· οὕτω γὰρ ἂν ἀπιδὼν καὶ σὺ τῶν μακροβίων ἀνδρῶν πρὸς τὸ ὅμοιον τῆς ἕξεως καὶ τῆς τύχης, ἑτοιμότερον ἐλπίσειας γῆρας ὑγιεινὸν καὶ μακρὸν καὶ ἅμα ζηλώσας, ἐργάσαιο σεαυτῷ τῇ διαίτῃ μέγιστόν τε ἅμα καὶ ὑγιεινότατον βίον. Πομπίλιος Νουμᾶς, ὁ εὐδαιμονέστατος τῶν Ῥωμαίων βασιλέων, καὶ μάλιστα περὶ τὴν θεραπείαν τῶν θεῶν ἀσχοληθεὶς ὑπὲρ ὀγδοήκοντα ἔτη βεβιωκέναι ἱστορεῖται. Σέρβιος δὲ Τύλλιος,

aëre degentes, ad ſummam ſenectutem peruenire, qui commodis exercitationibus, & conuenientem ſanitati viuendi rationem ſectantur. d Facta autem huius narrationis ſectione, primùm obſeruatis virorum ſtudijs, initiò Reges & virtute imperatoria claros homines memorabo, quorum vnum ſummæ religionis pietas ad perfectiſsimum ordinẽ perducens, maximis beneficijs imperium & terram ipſius affecit. Ad hunc modum & tu longæuorum omnium naturæ & fortunæ animaduerſione intentus, tanto promptius ſperare poteris ſenectutem ſanam & longam: & pari ſtudio hos ipſos æmulatus, tibi ipſe longiſsimam & prouectiſsimã vitam ratione victus paraueris. Numa Pompilius Romanorum regum longè feliciſsimus: ac Deorũ cultui deditiſsimus, ſupra octoginta annos vixiſſe traditur. Seruius autem Tullius

& ipſe

Ῥωμαίων καὶ οὗτος βασιλεὺς, ὑπὲρ τὰ ὀγδοήκοντα ἔτη καὶ αὐτὸς βιώσας ἱστορεῖται. Ταρκύνιος δὲ, ὁ τελευταῖος Ῥωμαίων βασιλεὺς, φυγαδευθεὶς, καὶ ἐπὶ Κύμης διατρίβων, ὑπὲρ τὰ ἐνενήκοντα ἔτη λέγεται ἐῤῥωμενέστατα βιῶσαι. Οὗτοι μὲν οὖν Ῥωμαίων βασιλεῖς· οἷς συνάψω καὶ τοὺς λοιποὺς βασιλέας, τοὺς εἰς μακρὸν γῆρας ἀφικομένους, καὶ τὰ ἐπιτηδεύματα ἑκάστου. ἐπὶ τέλει δέ σοι καὶ τοὺς λοιποὺς Ῥωμαίων, τοὺς εἰς μήκιστον γῆρας ἀφικομένους προσαναγράψω, προσθεὶς ἅμα καὶ τοὺς κατὰ τὴν λοιπὴν Ἰταλίαν ἐπὶ πλεῖστον βιώσαντας. ἀξιόλογος γὰρ ἔλεγχος, ἡ ἱστορία τῶν διαβάλλειν πειρωμένων τὸν ἐνταῦθα ἀέρα, ὥστε καὶ ἡμᾶς χρηστοτέρας ἔχειν τὰς ἐλπίδας, τελείους ἡμῖν τὰς εὐχὰς ἔσεσθαι, πρὸς τὸ εἰς μήκιστόν τε καὶ λιπαρὸν, τὸν πάσης γῆς καὶ θαλάττης δεσπότην, γῆρας ἀφικέσθαι, τῇ ἑαυτοῦ οἰκουμένῃ βασιλεύοντα ἤδη, καὶ γέροντα.

*& ipſe Romanorum rex, ſimiliter vltra octoginta annos vixiſſe dicitur. Tarquinius nouiſsimus rex Romanorũ eiectus in exilium: cùm is conſenuit, ac vltra nonaginta annos firmiſſima valetudine vſus vixiſſe perhibetur. Et hi Romanorum reges fuêre: quibus & reliquos reges adiungam, qui ad ultimam ſenectutem peruenerunt, demonſtratis etiam illorum exercitationibus. In calce autem reliquos etiam Romanorum ad longiſſimam ſenectutem delatos adſcribam, adiectis etiam cæteris Italiæ populis qui diutiſſimè vixerunt. Etenim qui ſola hiſtoria noſtratem aërem calumniantur, probabilibus argumentis refelli poſſunt, adeò vt meliorem ſpem habere liceat, fore vt perfecti voti compotes fiamus, & longiſſimam ac pleniſſimam tota terra mariq; dominantem ſenectutem, iamque in ſuis locis regnantem & ſeneſcentem conſequamur.*

Ἀργανθώνιος μὲν οὖν, Ταρτησίων βασιλεὺς, πεντήκοντα καὶ ἑκατὸν ἔτη βιῶναι λέγεται, ὡς Ἡρόδοτος ὁ λογοποιὸς καὶ ὁ μελοποιὸς Ἀνακρέων· ἀλλὰ τοῦτο μὲν μῦθος τισὶ δοκεῖ. Ἀγαθοκλῆς δὲ, ὁ Σικελίας τύραννος, ἐτῶν ἐνενήκοντα πέντε τελευτᾷ, καθάπερ Δημοχάρης καὶ Τίμαιος ἱστοροῦσιν. Ἱέρων δὲ, ὁ Τυρακουσίων τύραννος δύο καὶ ἐνενήκοντα ἐτῶν γενόμενος, ἐτελεύτα νοσῶν, βασιλεύσας ἑβδομήκοντα ἔτη, ὥσπερ Δημήτριός τε ὁ Καλλιστιανὸς, καὶ ἄλλοι λέγουσιν. Ἀντέας δὲ Σκυθῶν βασιλεὺς, μαχόμενος πρὸς Φίλιππον περὶ τὸν Ἴστρον ποταμὸν, ἔπεσεν ὑπὲρ τὰ ἐνενήκοντα ἔτη γεγονώς. Βάρδυλις δὲ, ὁ Ἰλλυριῶν βασιλεὺς ἀφ' ἵππου λέγεται μάχεσθαι ἐν τῷ πρὸς Φίλιππον πολέμῳ, ὢς ἐνενήκοντα τελῶν ἔτη. Τήρης δὲ, ὁ Δρυσῶν βασιλεὺς καθά φησι Θεόπομπος, δύο καὶ ἐνενήκοντα ἐτῶν ἐτελεύτησεν.

Proinde [e] Arganthonius Tarteſiorum rex centum & quinquaginta annos vixiſſe traditur, authoribus Herodoto hiſtorico, & Anacreonte poëta lyrico: tametſi hoc quibuſdam fabuloſum videatur. Agathocles Siciliæ tyrãnus annos quinque & nonaginta egreſſus fato functus eſt, ſicut Demochares & Timæus literis prodiderunt.[f] Hieron quoque Syracuſanorum tyrannus duos & nonaginta annos natus, morbis tandem abſumptus obijt, cùm regnaſſet annos ſeptuaginta, ſicut Demetrius Calliſtianus & alij memorant. Anteas autem rex Scytharum, qui ad Iſtrum fluuium cum Philippo confligens in pugna occubuit, vltra nonaginta annos egreſſus eſt. Bardylis verò rex Illyricorum, qui ex equo in eo quod geſſit cõtra Philippum bello pugnâſſe dicitur, nonaginta annos compleuit. Teres rex Dryſorum, authore Theopompo, duos & nonaginta annos agens mortuus eſt.

Anti=

Ἀντίγονος δὲ ὁ Φιλίππου, ὁ μονόφθαλμος, βασιλεύων Μακεδόνων, περὶ Φρυγίαν μαχόμενος Σελεύκῳ καὶ Λυσιμάχῳ, τραύμασι πολλοῖς περιπεσὼν, ἐτελεύτησεν ἐτῶν ἑνὸς καὶ ὀγδοήκοντα, ὥσπερ ὁ συστρατευόμενος αὐτῷ Ἱερώνυμος ἱστορεῖ. καὶ Λυσίμαχος δὲ Μακεδόνων βασιλεὺς, ἐν τῇ πρὸς Σέλευκον ἀπώλετο μάχῃ, ἔτος ὀγδοηκ. ἐντελῶς, ὡς ὁ αὐτός φησιν Ἱερώνυμος. Ἀντίγονος δὲ, υἱὸς μὲν ὢν Δημητρίου, υἱωνὸς δὲ Ἀντιγόνου τοῦ μονοφθάλμου, οὗτος τέσσαρα καὶ τεσσαράκοντα Μακεδόνων ἐβασίλευσεν ἔτη· ἐβίωσε δὲ ὀγδοήκοντα, ὡς Μήδιός τε ἱστορεῖ, καὶ ἄλλοι συγγραφεῖς. ὁμοίως δὲ καὶ Ἀντίπατρος ὁ Ἰολάου, μέγιστον δυνηθεὶς, καὶ ἐπιτροπεύσας πολλοὺς Μακεδόνων βασιλείας, ὑπὲρ ὀγδοήκοντα ἔτη οὗτος ζήσας, ἐτελεύτα τὸν βίον. Πτολεμαῖος δὲ ὁ Λάγου, ὁ τῶν καθ' ἑαυτὸν εὐδαιμονέστατος βασιλέων, Αἰγύπτου

*Antigonus autem Philippi filius luſcus rex Macedonũ, in Phrygia cum Seleuco & Lyſimacho confligens, multis acceptis vulneribus collapſus, annos vno & octogeſimo vitam finiuit, ſicut narrat Hieronymus, qui cum eo militauit. Porrò Lyſimachus & ipſe rex Macedoniæ, in pugna contra Seleucũ ſuſcepta occubuit, octogeſimum annum conſequutus, vt idem Hieronymus teſtatur.* [g] *Antigonus verò filius Demetrij, Antigoni Luſci nepos, quatuor & quadraginta annos regnum Macedoniæ tenuit: vixit autem octoginta, ſicut Medius & alij ſcriptores teſtantur. Conſimiliter &* [h] *Antipater patre Iolao genitus, maxima fultus potentia, & qui multorum regum Macedoniæ tutelam egit, vltra octogeſimum annum egreſſus exceſſit è vita.* [i] *Ptolemæus autem Lago patre natus, inter reges propria fortuna feliciſſimus, imperauit Aegypto*

Αἰγύπτου μὲν ἐβασίλευσε, τέσσαρα καὶ ὀγδοήκοντα βιώσας ἔτη. ζῶν δὲ παρέδωκε τὴν ἀρχὴν, πρὸ δυοῖν ἐτοῖν τῆς τελευτῆς, τῷ Πτολεμαίῳ τῷ υἱῷ, Φιλαδέλφῳ δὲ ἐπίκλησιν, ὅστις διεδέξατο τὴν πατρῴαν βασιλείαν ἀδελφῶν. Φιλαίτερος δὲ, πρῶτος μὲν ἐκτήσατο τὴν περὶ Πέργαμον ἀρχὴν, καὶ κατέσχεν, εὐνοῦχος ὢν, κατέστρεψε δὲ τὸν βίον, ὀγδοήκοντα ἐτῶν γενόμενος. Ἄτταλος δὲ, ὁ ἐπικληθεὶς Φιλάδελφος, τῶν Περγαμηνῶν καὶ οὗτος βασιλέων, πρὸς ὃν καὶ Σκηπίων ὁ τῶν Ῥωμαίων στρατηγὸς ἀφίκετο, δύο καὶ ὀγδοήκοντα ἐτῶν ἐξέλιπε τὸν βίον. Μιθριδάτης δὲ, ὁ Πόντου βασιλεὺς, ὁ προσαγορευθεὶς Κτίστης, Ἀντίγονον τὸν μονόφθαλμον φεύγων, ἐπὶ Πόντου ἐτελεύτησε, βιώσας ἔτη τέσσαρα καὶ ὀγδοήκοντα, ὥσπερ Ἱερώνυμος ἱστορεῖ, καὶ ἄλλοι συγγραφεῖς. Ἀριαράθης δὲ, ὁ Καππαδοκῶν βασιλεὺς, δύο μὲν καὶ ὀγδοήκοντα ἔζησεν ἔτη, ὡς Ἱερώνυμος ἱστορεῖ· ἐδυνήθη δὲ ἴσως καὶ ἐπὶ πλέον διαγενέσθαι, ἀλλ' ἐν τῇ πρὸς

*Aegypto annos octoginta natus. Viuus aũt tradidit imperium duobus annis antequam moreretur, Ptolemæo filio, cui cognomentum fuit* [k] *Philadelpho. qui & paternum regnũ à fratribus ſortitus eſt. Philæteros, qui primus cõdendi circa Pergamũ principatus author fuit, & eundem cum eſſet Eunuchus obtinuit, mortuus eſt octoginta annos natus. Attalus aũt cognominatus Philadelphus, & hic rex Pergamenorum, ad quẽ etiã Scipio Romanorum Imperator venit, duos & octoginta annos agens, vitã reliquit.* [l] *Mithridates rex Ponti, Ctiſtes appellatus, Antigonum Luſcũ fugiens, in Põto mortuus eſt, cum egiſſet annos quatuor & octoginta, ſicut Hieronymus & alij ſcriptores prodiderũt. Ariarathes rex Cappadocũ Hieronymi teſtimonio duo & octoginta annos vixit: atq; hauddubiè ad grandiorem ætatẽ peruenire potuiſſet, niſi in pugna contra*

*Perdic-*

Περδίκκαν μάχῃ ζωγρηθεὶς ἀνεσκολοπίσθη. Κῦρος δὲ, ὁ Περσῶν βασιλεὺς, ὁ παλαιὸς, ὡς δηλοῦσιν οἱ Περσῶν καὶ Ἀσσυρίων ὅροι, οἷς καὶ Ὀνησίκριτος, ὁ τὰ περὶ Ἀλέξανδρον συγγράψας, συμφωνεῖν δοκεῖ, ἑκατοντούτης γενόμενος, ἐζήτει μὲν ἕνα ἕκαστον τῶν φίλων· μαθὼν δὲ τοὺς πλείστους διεφθαρμένους, ὑπὸ Καμβύσου τοῦ υἱοῦ, καὶ φάσκοντος Καμβύσου κατὰ πρόσταγμα τὸ ἐκείνου ταῦτα πεποιηκέναι, τὸ μέν τι, πρὸς τὴν ὠμότητα τοῦ υἱοῦ διαβληθεὶς, τὸ δέ τι, ὡς παρανομοῦντα αὐτὸν αἰτιασάμενος, ἀθυμήσας ἐτελεύτα τὸν βίον. Ἀρταξέρξης, ὁ Μνήμων ἐπικληθεὶς, ἐφ' ὃν Κῦρος ὁ ἀδελφὸς ἐστράτευσε, βασιλεύων ἐν Πέρσαις ἐτελεύτησε νοσῶν, ἓξ καὶ ὀγδοήκοντα ἐτῶν γενόμενος. ὡς δὲ Δείνων ἱστορεῖ, τεσσάρων καὶ ἐνενήκοντα, Ἀρταξέρξης, ἕτερος Περσῶν βασιλεὺς, ὅν φησιν ἐπὶ τῶν πατέρων τῶν ἑαυτοῦ Ἰσίδωρος, ὁ Χαρακηνὸς

*Perdiccam victus captus, & in crucem ſublatus fuiſſet. Maior autem Cyrus rex Perſarum, ſicut Perſæ & Aſſyriorum hiſtoriæ loquuntur, quibus etiam ſuffragari videtur Oreſicritus, qui res geſtas Alexandri Magni in hiſtoriam contulit, centeſimũ annum aſſequutus, requirebat vnumquenq; amicorum: quorum cùm plurimos à filio ſuo Cambyſe interemptos comperiſſet, ac [m] Cambyſes ipſius iuſſu hoc ipſum ſe feciſſe fateretur, partim ob filij crudelitatem probroſè affectus, partim ſe ipſe tanquam iuſtitiæ & legum violatorem accuſans, maxima triſtitia conturbatus vitam finiuit. [n] Artaxerxes Mnemonis cognomentũ ſortitus, cõtra quẽ Cyrus frater exercitum duxit, imperium Perſarũ obtinens, morbis cõſumptus deceſsit, annos ſex & octoginta natus: ſed vt Dinõ ſcribit, quatuor & nonaginta. Artaxerxes alter Perſarum rex, quẽ patrum ſuorum memoria Iſidorus Chara-*

κηνὸς συγγραφεὺς, βασιλεύειν ἔτη τρία καὶ ἐνενήκοντα βιοὺς, ἐπιβουλῇ τᾶ ἀδελφοῦ Γωσίθρου ἐδολοφονήθη. Σιναρθοκλῆς δὲ, ὁ Παρθυαίων βασιλεὺς, ἔτος ὀγδοηκοστὸν ἤδη γογονὼς, ἀπὸ Σακαυράκων Σκυθῶν καταχθεὶς, βασιλεύειν ἤρξατο, καὶ ἐκασίλευσεν ἔτη. Τιγράνης δὲ, ὁ Ἀρμενίων βασιλεὺς, πρὸς ὃν Λούκουλλος ἐπολέμησε, πέντε καὶ ὀγδοήκοντα ἐτῶν ἐτελεύτα νόσῳ. Ὑσπασίνης δὲ ὁ Χάρακος, καὶ τῶν κατ᾽ ἐρυθρὰν τόπων βασιλεὺς, πέντε καὶ ὀγδοήκοντα ἐτῶν, νοσήσας ἐτελεύτησε. Τήραιος δὲ, ὁ μεθ᾽ Ὑσπασίνην τρίτος βασιλεύσας, δύο καὶ ἐνενήκοντα βιοὺς, ἐτελεύτα νόσῳ. Ἀρτάβαζος δὲ, ὁ μετὰ Τήραιον ἕβδομος βασιλεύσας Χάρακος, ἓξ καὶ ὀγδοήκοντα ἐτῶν, καταχθεὶς ἀπὸ Πάρθων, ἐβασίλευσε. καὶ Μνασκίρης δὲ, βασιλεὺς Παρθυαίων, ἓξ καὶ ἐνενήκοντα ἔζησεν ἔτη. Μασσινισσᾶς δὲ, Μαυρουσίων βασιλεὺς, ἐνενήκοντα ἐβίωσεν ἔτη.

*cenus hiſtoricꝰ regnâſſe tradit, cùm annos tres & nonaginta vixiſſet, inſidijs fratris Goſethræ clàm obtruncatus eſt. Sinarthocles autem rex Parthyæorum annos nonaginta iam natus, à Sacauracis Scythis reductus ab exilio regnare incœpit, & regnauit annos ſeptem. At Tigranes rex Armeniorum, cõtra quem Lucullus pugnauit, quinto & octogeſimo anno morbo conſumptus perijt. Hyſpaſines Characenorum & regionũ mari rubro adiacentium rex, quinto & octogeſimo anno morbo correptus deceſsit. Tereus tertius poſt Hyſpaſinem earum nationum rex, cùm vixiſſet duos & nonaginta annos, morbo perijt. Artabazus autem, qui ſeptimus poſt Tiræum Characenorum regnum tenuit, ſex & octoginta annos reductus à Parthis ab exilio regnauit. Et Mnaſcires rex Parthyæorum ſex & nonaginta annos vixit.*

*Maſiniſſa verò rex Mauritaniæ nonaginta annos vixit.*

*Aſandrus*

Ἄσανδρος δὲ, ὁ ὑπὸ τοῦ θεοῦ Σεβαστοῦ, ἀντὶ ἐθνάρχου βασιλεὺς ἀναγορευθεὶς Βοσπόρου, περὶ ἔτη ὢν ἐνενήκοντα, ἱππομάχων καὶ πεζομάχων οὐδενὸς ἥττων ἐφάνη. ὡς δὲ ἑώρα τοὺς ὑπὸ τὴν μάχην Σκριβωνίῳ προστιθεμένους, ἀποσχόμενος σιτίων ἐτελεύτησε, βιοὺς ἔτη τρία καὶ ἐνενήκοντα. Γόαισος δὲ, ὥς φησιν Ἰσίδωρος ὁ Χαρακηνὸς, ἐπὶ τῆς ἑαυτοῦ ἡλικίας ὁ Μάνων τῆς ἀρωματοφόρου βασιλεύσας, πεντεκαίδεκα καὶ ἑκατὸν γεγονὼς ἐτῶν, ἐτελεύτησε νόσῳ. Βασιλέας μὲν οὖν τούτους ἱστορήκασι μακροβίους οἱ πρὸ ἡμῶν. ἐπεὶ δὲ καὶ φιλόσοφοι, καὶ πάντες οἱ περὶ παιδείαν ἔχοντες, ἐπιμέλειάν πως καὶ οὗτοι ποιούμενοι ἑαυτῶν, εἰς μακρὸν γῆρας ἦλθον. ἀναγράψομεν καὶ τούτων τοὺς ἱστορημένους, καὶ πρώτους γε φιλοσόφους. Δημόκριτος μὲν ὁ Ἀβδηρίτης, ἐτῶν γεγονὼς τεσσάρων καὶ ἑκατὸν, ἀποσχόμενος τροφῆς, ἐτελεύτα.

*Aſandrus autem à diuo Auguſto loco Etnarchi rex Boſpori declaratus, annū agens nonageſimum, & equeſtri & pedeſtri pugna nullo inferior vſpiam eſt conſpectus. Qui vt animaduertit Scribonio rem militarem commendatam, cibo abſtinens diem ſuum obijt, cùm vixiſſet annos tres & nonaginta. Goæſus, vt Iſidorus auctor eſt, Characene regnum tenuit, quo tēpore Mano quoq; imperauit Arabibus, centum & quindecim annos natus, poſtremùm morbo perijt. Tot igitur ante noſtram memoriam memorandæ ſenectutis reges fuiſſe maiores noſtri literis prodiderunt. His annumerātur Philoſophi, & omnes qui ingenio & eruditione præſtantes fuerunt, qui aliqua ſui cura habita, ad extremam ſenectutem peruenerunt. Eos itaq; quos multa lectione didicimus, perſcribemus: ac initiò quidem o Philoſophos. p quorum Democritus Abderites centum & quatuor annos natus, cùm alimento abſtineret, mortuus eſt.*

Ξενόφιλος δὲ ὁ μουσικὸς, ὥς φησιν Ἀριστόξενος, προσχὼν τῇ Πυθαγόρου φιλοσοφίᾳ, ὑπὲρ τὰ πέντε καὶ ἑκατὸν ἔτη Ἀθήνησιν ἐβίωσε. Σόλων δὲ, καὶ Θαλῆς καὶ Πιττακὸς, οἵ τινες τῶν κληθέντων ἑπτὰ σοφῶν ἐγένοντο, ἑκατὸν ἕκαστος ἔζησεν ἔτη. Ζήνων δὲ, ὁ τῆς Στωϊκῆς φιλοσοφίας ἀρχηγὸς, ὀκτὼ καὶ ἐνενήκοντα. ὅν φασιν εἰσερχόμενον εἰς τὴν ἐκκλησίαν, καὶ προσπταίσαντα ἀναφθέγξασθαι· τί με βοᾶς; καὶ ὑποστρέψαντα οἴκαδε, καὶ ἀποσχόμενον τροφῆς, τελευτῆσαι τὸν βίον. Κλεάνθης δὲ, Ζήνωνος μαθητὴς καὶ διάδοχος, ἐννέα καὶ ἐνενήκοντα οὗτος γεγονὼς ἔτη, φῦμα ἔσχεν ἐπὶ τοῦ χείλους, καὶ ἀποκαρτερῶν, ἐπελθόντων αὐτῷ παρ' ἑταίρων τινῶν γραμμάτων, προσενεγκάμενος τροφὴν καὶ πράξας περὶ ὧν ἠξίουν οἱ φίλοι, ἀποσχόμενος αὖθις τροφῆς, ἐξέλιπε τὸν βίον. Ξενοφάνης δὲ, ὁ Δεξίνου μὲν υἱὸς, Ἀρχελάου δὲ τοῦ φυσικοῦ μαθητὴς, ἐβίωσεν ἔτη ἓν καὶ ἐνενήκοντα,

¶ *Xenophilus Muſicus, perhibente Ariſtoxeno, Pythagoricæ philoſophiæ candidatus, vltra quinque & centum annos Athenis vitam traduxit. Solon autem, & Thales, & Pittacus, qui è ſeptem ſapientum numero fuerunt, centum annos vnuſquiſque vixit.* [r] *Zenon verò Stoicæ philoſophiæ auctor & princeps, octo & nonaginta. Hunc aiunt in concionem prodeuntem offenſo pede exclamaſſe: Quid me vocas? & domum reuerſum inedia vitam finiſſe.* [s] *Cleanthes Zenonis diſcipulus & ſucceſſor, nouem & nonaginta annos natus, & tuberculum in labijs habuit. Cumq́; decreuiſſet inedia vitam abſumere, allatæ ſunt ei ab amicis literæ. Ac mox adhibito cibo, & perfectis amicorum poſtulatis, iterum cibo abſtinens, vita defunctus eſt. Xenophanes autem Dexino patre natus, Archelai phyſici auditor, vnum & nonaginta annos vixit*

Xeno-

Ξενοκράτης δὲ, Πλάτωνος μαθητὴς γενόμενος, τέσσαρα καὶ ὀγδοήκοντα. Καρνεάδης δὲ, ὁ τῆς νεωτέρας ἀκαδημίας ἀρχηγὸς, ἔτη πέντε καὶ ὀγδοήκοντα. Χρύσιππος ἓν καὶ ὀγδοήκοντα. Διογένης δὲ, ὁ Σελευκεὺς, ἀπὸ Τίγριος, Στοϊκὸς φιλόσοφος, ὀκτὼ καὶ ὀγδοήκοντα. Ποσειδώνιος ὁ Απαμεὺς τῆς Συρίας, νόμῳ δὲ Ῥόδιος, φιλόσοφός τε ἅμα καὶ ἱστορίας συγγραφεὺς, τέσσαρα καὶ ὀγδοήκοντα. Κριτόλαος ὁ περιπατητικὸς ὑπὲρ δύο, καὶ ὀγδοήκοντα· Πλάτων δὲ ὁ ἱερώτατος ἓν καὶ ὀγδοήκοντα. Αθηνόδωρος Σάνδωνος Ταρσεὺς, Στωϊκὸς, ὃς καὶ διδάσκαλος ἐγένετο Καίσαρος Σεβαστοῦ θεοῦ, ὑφ' οὗ ἡ Ταρσέων πόλις καὶ φόρων ἐκουφίσθη, δύο καὶ ὀγδοήκοντα ἔτη βιοὺς, ἐτελεύτησεν ἐν τῇ πατρίδι· καὶ τιμὰς ὁ Ταρσέων δῆμος αὐτῷ κατ' ἔτος ἕκαστον ἀπονέμει, ὡς ἥρωϊ. Νέστωρ δὲ Στωϊκὸς ἀπὸ Ταρσοῦ, διδάσκαλος Καίσαρος Τιβερίου, ἔτη δύο καὶ ἐνενήκοντα. Ξενο-

*Xenocrates Platonis diſcipulus, quatuor & octoginta. Carneades nouæ Academiæ fundator, annos quinque & octoginta. Chryſippus vnum & octoginta. Diogenes autem Seleucus Tigrius, Stoicæ ſectæ philoſophus, duodenonaginta.* [t] *Poſidonius Apamea Syriæ oriundus, lege autem philoſophus Rhodius, pariter & hiſtoricus, octoginta quatuor. Critolaus Peripateticus vltra duos & octoginta.* [u] *Plato philoſophorum ſanctiſſimus, vnum & octoginta. Athenodorus Sandonis Tarſenſis, qui fuit Cæſaris Auguſti præceptor, cuius precibus Tarſis ciuitas vectigalibus leuata eſt, duos & octoginta annos agens mortuus eſt in patria. Huic Tarſenſis populus quotannis ſolennes honores vt heroi perſoluit. Neſtor verò Stoicus, & hic à Tarſo ortum trahens, præceptor Cæſaris Tiberij, duos & nonaginta. Xenophon*

φῶν δὲ ὁ Γρύλλου ὑπὲρ τὰ ἐνενήκοντα ἐβίωσεν ἔτη. οὗτοι μὲν φιλοσόφων οἱ ἔνδοξοι. συγγραφέων δὲ Κτησίβιος μὲν, ἑκατὸν εἴκοσι τεσσάρων ἐτῶν, ἐν περιπάτῳ ἐτελεύτησεν, ὡς Ἀπολλόδωρος ἐν τοῖς χρονικοῖς ἱστορεῖ. Ἱερώνυμος δὲ, ἐν πολέμοις γενόμενος καὶ πολλοὺς καμάτους ὑπομείνας καὶ τραύματα, ἔζησεν ἔτη τέσσαρα καὶ ἑκατὸν, ὡς Ἀγαθαρχίδης ἐν τῇ ἐννάτῃ τῆς περὶ τῆς Ἀσίας ἱστοριῶν λέγει. καὶ θαυμάζει γε τὸν ἄνδρα, ὡς μέχρι τῆς τελευταίας ἡμέρας ἄρτιον ὄντα ἐν ταῖς συνουσίαις, καὶ πᾶσι τοῖς αἰσθητηρίοις, μηδενὸς γενόμενον τῶν πρὸς ὑγίειαν ἐλλιπῆ. Ἑλλάνικος ὁ Λέσβιος, ὀγδοήκοντα καὶ πέντε· καὶ Φερεκύδης ὁ Σύρος ὁμοίως ὀγδοήκοντα καὶ πέντε. Τίμαιος ὁ Ταυρομενίτης ἓξ καὶ ἐνενήκοντα. Ἀριστόβουλος δὲ ὁ Κασσανδρεύς, ὑπὲρ τὰ ἐνενήκοντα ἔτη λέγεται βεβιωκέναι. τὴν ἱστορίαν δὲ, τέταρτον καὶ ὀγδοηκοστὸν ἔτος γεγονὼς, ἤρξατο συγγράφειν· ὡς αὐτὸς ἐν

*phon Grylli filius vixit vltra nonaginta annos. Et hi celebres fuêre philoſophi. Ex ſcriptoribus autem hiſtoricis Cteſibius centum & viginti quatuor annos egreſſus, inter deambulãdum mortuus eſt, ſicut narrat Apollodorus in Chronicis. Hieronymus verò & in bellis verſatus, ac nõ paucis laboribus & vulneribus affectus, vixit ad annum quartum & centeſimum, ſicut refert Agatharchides libro nono hiſtoriæ Aſiaticæ. Ac hominem non mediocriter demiratur, quòd ad ſummum vſq; vitæ diem valuerit in colloquijs, & in ſenſibus ad ſanitatem neceſſarijs non defecerit. Helladicus Lesbius octogintaquinque annos vixit. Similiter Pherecydes Syrus quinque & octoginta. Timæus Tauromenites ſex & nonaginta. Ariſtobulus Caſſandræus vltra nonaginta annos vixiſſe fertur, qui hiſtoriam ſuam quartum & octogeſimum annum agens orſus eſt conſcribere, id quod ipſe in operis ſui princi-*

princi-

ἀρχῇ τῆς πραγματείας λέγει. Πολύβιος δὲ ὁ Λυκόρτα, Μεγαλοπολίτης, ἀγρόθεν ἀνελθὼν, ἀφ' ἵππου κατέπεσε, καὶ ἐκ τούτου νοσήσας, ἀπέθανεν, ἐτῶν δύο καὶ ὀγδοήκοντα. Ὑψικράτης δὲ, ὁ Ἀμισηνὸς συγγραφεὺς, διὰ πολλῶν μαθημάτων γενόμενος, ἔτη δύο καὶ ἐνενήκοντα. Ῥητόρων δὲ Γοργίας, ὅν τινες σοφιστὴν καλοῦσιν, ἔτη ἑκατὸν ὀκτὼ, τροφῆς δὲ ἀποσχόμενος, ἐτελεύτησεν· ὅν φασιν ἐρωτηθέντα τὴν αἰτίαν τοῦ μακροῦ γήρως, καὶ ὑγιεινοῦ ἐν πάσαις ταῖς αἰσθήσεσιν, εἰπεῖν, διὰ τὸ μηδέποτε συμπεριενεχθῆναι ταῖς ἄλλων εὐωχίαις. Ἰσοκράτης ἐνενήκοντα καὶ ἓξ ἐτῶν γενόμενος, τὸν πανηγυρικὸν ἔγραψε λόγον· περὶ ἔτη δὲ ἑνὸς ἀποδέοντα ἑκατὸν γεγονὼς, ὡς ᾔσθετο Ἀθηναίους ὑπὸ Φιλίππου ἐν τῇ περὶ Χαιρώνειαν μάχῃ νενικημένους, ποτνιώμενος, τὸν Εὐριπίδειον στίχον προσανήνεγκε, εἰς ἑαυτὸν ἀναφέρων·

Σιδῶ-

principio teſtatur. [x] Polybius autem Lycorta parte genitus, Megalopolitanus, rure rediens ab equo delapſus eſt, quo caſu morbo correptus deceſsit anno ſecundo & octogeſimo: Porrò [y] Hypſicrates Amiſenus hiſtoricus, vir in multis diſciplinis verſatus, annos duos & nonaginta vixit. Cæterùm è Rhetoribus [z] Gorgias, quem quidã Sophiſtam vocant, annum agens octauum & centeſimum, inedia vitam finiuit. Hunc interrogatum cauſam tam longæ ſenectutis, & valetudinis in omnibus ſenſibus vigentis, reſpondiſſe aiunt, quòd aliorum conuiuia non ſit ſectatus. Iſocrates ſex & nonaginta annos natus ſermonem ſcripſit A Panegyricum. Iam verò ingreſſus annum nonageſimumnonum, cùm accepiſſet Athenienſes in pugna apud Chæroneam commiſſa à Philippo eſſe ſuperatos, quiritando Euripideum verſiculum reſitauit, ad ſeipſum referens:

Σιδώνιόν ποτ' ἄστυ Κάδμος ἐκλιπών,

ἐπειπὼν, ὡς δουλώσει ἡ Ἑλλὰς, ἐξέλιπε τὸν βίον. Ἀπολλόδωρος δὲ, ὁ Περγαμηνὸς ῥήτωρ, θεοῦ Καίσαρος Σεβαστοῦ διδάσκαλος γενόμενος, καὶ σὺν Ἀθηνοδώρῳ τῷ Ταρσεῖ φιλοσόφῳ παιδεύσας αὐτὸν, ἔζησε ταυτὰ τῷ Ἀθηνοδώρῳ, ἔτη ὀγδοήκοντα δύο. Ποτάμων δὲ, οὐκ ἄδοξος ῥήτωρ, ἔτη ἐνενήκοντα. Σοφοκλῆς ὁ τραγῳδοποιὸς, ῥᾶγα σταφυλῆς καταπιὼν, ἀπεπνίγη, πέντε καὶ ἐνενήκοντα ζήσας ἔτη. οὗτος ὑπὸ Ἰοφῶντος τοῦ υἱέος, ἐπὶ τέλει τοῦ βίου, παρανοίας κρινόμενος, ἀνέγνω τοῖς δικασταῖς Οἰδίπουν τὸν ἐπὶ Κολωνῷ, ἐπιδεικνύμενος διὰ τοῦ δράματος, ὅπως τὸν νοῦν ὑγιαίνει· ὡς τοὺς δικαστὰς τὸν μὲν ὑπερθαυμάσαι, καταψηφίσασθαι δὲ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ μανίαν. Κρατῖνος δὲ, ὁ τῆς κωμῳδίας ποιητὴς, ἑπτὰ πρὸς τοῖς ἐνενήκοντα ἔτεσιν ἐβίωσε, καὶ πρὸς τῷ τέλει τοῦ βίου διδάξας τὴν Πυτί-

*Sidonis vrbis alta quondam mœnia*
*Cadmus relinquens.*

Quibus cùm adieciſſet, fore vt Græcia in ſeruitutē prolaberetur, è vita deceſsit. B Apollodorus aūt rhetor Pergamenus, Cæſaris Auguſti in diuos relati præceptor, quem vnà cū Athenodoro Tarſenſi bonis diſciplinis imbuit, totidem quod Athenodorus annos, nempe duos & octoginta, vixit. Potamon rhetor nō incelebris, annos nonaginta. C Sophocles poëta Tragicꝰ deuorato vuæ acino ſtrangulatus eſt, cùm egiſſet annos quinq; & nonaginta. Hic à filio Iophonte ſub finem vitæ in ius vocatus, & deſipientiæ accuſatus, recitauit Iudicibus Oedipum Colonæum, planum faciens ea fabula, quòd ſanæ mentis compos eſſet. Qua audita, Iudices ingenium eius admirati ſunt, ac filiū inſaniæ damnauerūt. D Cratinus aūt poëta Comicus ſeptem ſupra nonaginta annos vixit, atq; ſub finem vitæ cùm docuiſſet fabulam Pytinen.

νίκην, καὶ νικήσας, μετ' οὐ πολὺ ἐτελεύτα. καὶ Φιλήμων δὲ ὁ κωμικὸς, ὁμοίως τῷ Κρατίνῳ, ἑπτὰ καὶ ἐνενήκοντα ἔτη βιοὺς, κατέκειτο μὲν ἐπὶ κλίνης ἠρεμῶν, θεασάμενος δὲ ὄνον τὰ παρασκευασμένα αὐτῷ σῦκα κατεσθίοντα, ὥρμησε μὲν εἰς γέλωτα. καλέσας δὲ τ' οἰκέτην, καὶ σὺν πολλῷ καὶ ἀθρόῳ γέλωτι εἰπὼν προσδοῦναι τῷ ὄνῳ ἀκράτου ῥοφεῖν, ἀποπνιγεὶς ὑπὸ τοῦ γέλωτος, ἀπέθανε. καὶ Ἐπίχαρμος δὲ, ὁ τῆς κωμῳδίας ποιητὴς, καὶ αὐτὸς ἐνενήκοντα καὶ ἑπτὰ ἔτη λέγεται βιῶναι. Ἀνακρέων δὲ, ὁ τῶν μελῶν ποιητὴς, ἔζησεν ἔτη πέντε καὶ ὀγδοήκοντα. καὶ Στησίχορος δὲ ὁ μελοποιὸς ταυτά· Σιμωνίδης δὲ ὁ Κεῖος ὑπὲρ τὰ ἐνενήκοντα. Γραμματικῶν δὲ Ἐρατοσθένης μὲν, ὁ Ἀγλαοῦ, Κυρηναῖος, ὃν οὐ μόνον γραμματικὸν, ἀλλὰ καὶ ποιητὴν ἄν τις ὀνομάσειε, καὶ φιλόσοφον καὶ γεωμέτρην, δύο καὶ ὀγδοήκοντα οὗτος ἔζησεν ἔτη. καὶ Λυκοῦργος δὲ, ὁ νομοθέτης

*nen, eáque victor euaſiſſet, haud ita multò pòſt eſt mortuus. Non diſsimiliter quoq;* E *Philemon Comicus ſeptimum & nonageſimũ annum agens decumbebat in lectulo quieſcens: qui cùm vidiſſet aſinum ficus ſibi præparatas deuorantem, prolapſus in cachinnos, & accerſito famulo, multo & vehementi cum riſu præcepit aſino merum ad ſorbendum dari, atque ita riſu ſuffocatus obijt.* F *Epicharmus autem & ipſe poëta Comicus, ſeptem & nonaginta annos vixiſſe dicitur. Porrò* G *Anacreon poëta Lyricus vixit annos* H *quinque & octoginta. Et* I *Steſichorus poëta Lyricus totidem.* K *Simonides Cius ſupra nonaginta. Sedenim ex Grammaticis Eratoſthenes Cyrenæus Aglai filius, quem non Grammaticum ſolùm, ſed etiam Poëtam meritò quis vocârit, & Philoſophum & Geometram, duos & octoginta annos vixit. Quin etiam* L *Lycurgus Lacedæmoniorum legum conditor*

θέτης τῶν Λακεδαιμονίων, πέντε καὶ ὀγδοήκοντα ἔτη ζήσας ἱστορεῖται. Τοσούτους ἐδυνήθημεν βασιλέας, καὶ πεπαιδευμένους ἀθροῖσαι. ἐπεὶ δὲ ὑπεσχόμην. καὶ Ῥωμαίων τινὰς, καὶ τῶν τὴν Ἰταλίαν οἰκησάντων μακροβίων ἀναγράψαι, τούτους σοι, θεῶν βουλομένων ἱερώτατε Κυίντιλλε, ἐν ἄλλῳ δηλώσομεν λόγῳ.

*ditor, quinque & octoginta annos vixiſſe dicitur. Tot impræſentiarum Reges & eruditos homines colligere potui. Quia verò pollicitus ſum & Romanorum quoſdam longæuos, & Italos, qui ad ſummam ſenectutem peruenerunt, perſcribere: eos tibi, Dijs volentibus, præſtantiſsime Quintille, in altero libro manifeſtabimus.*

## GILBERTI COGNATI ANNOTATIONES.

### *ARGVMENTVM.*

LVcianus hoc libello accuratiùs eos, qui diu vixerunt,
collegit, atq; temperantiam ſanitatis conſeruatricem,
& longæ ſenectutis autorem & propagatricem eſſe, bre-
uiter oſtendit: qui profectò eſt non tam feſtiuus, quàm
vtilis, quòd plures hic ſubinde recenſeantur, qui habita
ratione victus, floridi ad ipſam vſque ætatis arcem a-
ſcenderint. De hominibus longæuis, qui ante diluuium
terræ vniuerſale vixerunt, vide in Geneſi & Ioſepho. Pli-
nius libro 7. cap. 48. aliorum quoque facit mentionem.
Sic plerique autores ſunt, Galenum Medicum centum
& quadraginta annos vixiſſe, & eum tam in cibo quàm
in potu adeò abſtinentem fuiſſe, vt nunquam ad ſatie-
tatem aut comederit, aut biberit: tum ne crudum quic-
quam guſtaſſe, odoriferum anhelitum ſemper ſpiraſſe,
& ſine aliquo morbo ſola ſenectute, quamuis & hæc,
vt inquit Comicus, morbus eſt, viribus defectu obijſſe.

a SOMNIVM muneris.] *Exordium à cauſa.* b Hanc

itaque.]

itaque.] *Commendatio ſcripti ab vtilitate.* c Homerus igitur.] *Homerus in Odyſſeæ tertio Neſtori Pyleorũ regi, quem ſuo opuſculo propoſuit, tres ætates attribuit:* τρὶς γὰρ δή μιν φασὶν ἀνάξασθαι γένε' ἀνδρῶν: id eſt, *Illum iam exegiſſe tria hominum ſecula, fama eſt. Idem affirmat in* 1. *Iliad. vbi facundiam eius celebrat. Vnde Horatius lib.* 2. *Odar. Od.* 9. *inquit:*

Atnon ter æuo functus amabilem,
Plorabit omnes Antilochum ſenex
Annos. —

*Vbi Acron interpres Horatij annotauit, Neſtorem nonaginta annos vixiſſe. Nam vnam ætatem triginta annos quondam feciſſe. Cicero de Senectute: Videtiſne vt apud Homerum ſæpiſſimè Neſtor de virtutibus ſuis prædicet? tertiam enim iam ætatem hominum viuebat. Vide noſtras annotationes in Paraſitum.* d Facta autem.] *Tranſitio ad ſingulos homines, & primùm reges & principes.* e Arganthonius.] *Cenſorinus libro Diei natalis cap.* 6. *idem ſcribit. Anacreon poëta centum & quinquaginta annos vixiſſe Arganthonium, etiam tradit. Vide Plinium, Herodotum & Ciceronem in Catone. Valer. Maximum libro* 8. *cap.* 13. *Tarteſſus autem olim viuaciſſimis regibus celebrata fuit, ex quibus Arganthonius fuit. Eſt vrbs Bæticæ Hiſpaniæ, ob loci fertilitatem etiam celebris.* f Hieron.] *Theocritus quum hunc Syracuſarum, hoc eſt, ciuitatis ſuæ principem carmine celebraſſet, nulla gratia relata eſt: quare Eidyllio ſexto conqueritur de Hieronis ingratitudine. Hieroclis filius fuit, & extremus Siciliæ tyrannus, qui regnum quidem obtinuit, dux iam anteà declaratus à ciuibus, atque inferiores poteſtates perdidit, vt tyranni nomen non immeritò ſortitus ſit. Vide Val. Maximum lib.* 8 *cap.* 12. *Liuium* 24. g Antigonus.] *Alexandri Magni frater fuit, & in regno Macedonico ſucceſſor. De hoc plura apud Diod. Sicul. & apud Aelian. libr.* 1. *&* 12. h Antipater.] *Sidonius poëta ſcribit Antipatrem omnibus annis vno die tantum natali correptũ febre, & eo conſumptum eſſe ſatis longa ſenecta. Idem ſcribitur à Valerio & Plinio.* i Ptolemæus.] *Ptolemæus Lagi filius, & eius filius Philadelphus, regnârunt annis ante Chriſtum* 270. *Hic ſua munificentia multa præclara ingenia fouit. Eorum tempore vixe-*

runt Theocritus, Bucolici carminis ſcriptor, & Menander comicus per duodecim ferè annos cum Alexandro in expeditionibus fuit, ac poſt eius mortem Aegyptum arripuit. k Philadelpho.] Hic ſecundus fuit Ptolemæus Aegypti rex, qui ex re Philadelphus dictus eſt, quòd amârit, & in vxorem duxerit ſororem, cùm Græcis ἀδελφὴ Latinis ſoror ſonet. Hinc Lucianus in Icaro menippo: Ptolemæum vidi, inquit, cum ſorore rem habentem. Philoſophi Stratonis diſcipulus fuit, ipſe quoque, deinceps doctiſſimus, qui & Alexandriæ copioſiſſimam bibliothecam inſtituit, in qua fuerunt librorum quinquies centena millia, cuius etiam cura ſacri Bibliorum libri per ſeptuaginta Interpretes, ex Hebræorũ ſermone ſunt in Græcũ translati. Cætera petantur ex Iuſtini lib. 5. l Mithridates rex Ponti.] Linguarum interpres, de cuius ingenti memoria meminit Plinius lib. 7. cap. 24. Is quotidie venenum bibiſſe dicitur, de cuius laude idem Plinius lib. 25. cap. 20. Huius res geſtæ Iuſtini libro 38. continentur. m Cambyſes.] Paternæ crudelitatis adminiſter fuit, Aegyptiorum templa dirui iuſſit, de quo Iuſtinus lib. 2. n Artaxerxes.] Darius Perſarum rex moriens, duos reliquit filios, Artaxerxem, qui vocatur Mnemon, & Cyrum iuniorem. inter hos fratres excitatum fuit bellum, in quo Cyrus interfectus eſt Vide Plutarchum in Artaxerxe. o Philoſophos.] Vitæ ſpatium octoginta & ampliùs annorum his potiſsimùm conceſſum eſt, qui corpore & animo valeant, vt Platoni, Dionyſio Heracleotæ, Diogeni Cynico, Eratoſtheni & Xenocrati Platonico. Qui verò centeſimum & ampliùs attigerint, Carneades, à quo tertia Academia eſt, quæ dicitur noua, cum alijs plerìſque memorantur. p Quorum Democritus Abderit.] Democritum, cùm centum & nouem annos vixiſſet, primò mortem propinquam dies aliquot nidore panum retardaſſe, deinde ſponte ſua mortem oppetiſſe traditum eſt, de quo Lucretius libro 3. q Xenophilus.] Plinius lib. 7. cap. 50. Valer. Maximus lib. 8. cap. 12 r Zeno Stoicæ philoſophiæ.] Zeno Citticus, & Laërtius teſtatur, tum in victu, tum in voluptatibus veneris vſq; adeò patiens ac parcus fuit, vt crudis duntaxat veſceretur, ac pallio prætenui tegeretur. Hinc in vulgi ſermonẽ abijt: Zenone, temperantior. s Cleanthes

thes Zenonis diſcipulos.] *De eo* Laërtius, *Suidas & Valerius Maximus libro* 8 *capite* 7. *t* Poſidonius.] *Philoſophus Apaminenſis ex Syria.* *u* Plato philoſophorum ſanctiſsimus.] *Moriens genium ſuũ, fortunamq́; ſuam laudabat, primùm, quòd homo, non fera : deinde quòd Græcus, non barbarus : poſtremò quòd ætate Socratis natus eſſet.* *x* Polybius Lycorta.] *Hic eſt eximius ille hiſtoriarum ſcriptor Africani Scipionis iunioris præceptor, cuius partem operum habemus.* *y* Hypſicrates. ] *Hypſicratis grammatici Gellius libro* 16. *capite* 12. *meminit, qui de vocibus Latinis è Græco ortis ſcripſerat. Varro : tametſi cohortem in villa Hypſicrates dicit eſſe Græcè χόρτον apud Poëtas dictam* *z* Gorgias quem quidem. ] *Hic Gorgias Leontinus fuit primus è numero Sophiſtarum, qui auſus eſt in conuentu poſcere :* id eſt, *iubere dicere, qua de re quis vellet audire. audax negotium, diſcerem impudens, niſi hoc inſtitutum poſtea translatum ad philoſophos noſtros eſſet. Ex Cicerone de Finibus libro ſecundo. Idem Cic. Catone, Quintilianus* 3. *capite, Plinius libro* 7. *capite* 48. *Aelianus, Varr. hiſtor.* 2. *Valerius Maximus libro* 8. *capite* 12. *A* Panegyricum. ] *Hæc eſt celebrata illa oratio, & ferè princeps inter Iſocrateas, in celebri conuentu populi Athenienſis habita, quam alij decem, alij quindecim annis elaboratam eſſe putant. In ea commemoratione virtutis maiorum, & prædicatione potentiæ & autoritatis qua polleant Athenæ, ſuadet, vt ſopitis inteſtinis Græcis bellis, expeditio contra Barbaros ſuſcipiatur. poſt hanc ſcripſit Orationem* περὶ τῆς ἀντιδόσεως: id eſt, *permutatione facultatum, in qua Panegyrico ſic inquit: Nam oratio, quæ vobis oſtenditur, illis eſt ſcripta temporibus, cùm Lacedæmonij Græcis imperarent, noſtræ verò opes humiles eſſent. Iſocratis ſenectutis meminit Cicero his verbis: Eſt quietè, & purè, & eleganter actæ ætatis placida ac lenis ſenectus, qualem accepimus Iſocratis, qui eum librum, qui Panathenaicus inſcribitur, nonageſimoquarto anno ſcripſiſſe dicitur, vixitq́ue quinquennium poſtea. Hæc ille.* *B* Apollodorus. ] *Apollodori* Rhetoris, *qui Olympiade centeſimaſeptuageſimanona fuit præceptor Callidij & Auguſti, mentionem faciunt, Euſebius, Strabo, Quintilianus, & alij.* *C* Sophocles

phocles poëta Tragicus deuorato vuę acino.] *Quod & Sotadis verſiculus etiam probat:*

Σοφοκλῆς ῥάγα φαγὼν σταφυλῆς πνιγεὶς τέθνηκε.

*Sophocles grana vorans vuæ, ſtrangulatus interijt. Periclis æqualis: Plutarcho & Strabone teſtibus. Cicero de Senectute: Sophocles ad ſummam ſenectutem tragœdias fecit, qui propter ſtudium cùm rem familiarem negligere videretur, à filijs in iudicium vocatus eſt, vt quemadmodum (noſtro more) malè rem gerentibus patribus, bonis interdici ſolet: ſic illum quaſi deſipientem à re familiari remouerent Iudices. Tum ſenex dicitur eam fabulam, quam in manibus habebat, & proximè ſcripſerat Oedipum Coloneum recitaſſe Iudicibus, quæſiſſeque, num illud carmen deſipientis videretur? Quo recitato, ſententijs Iudicum eſt liberatus. Hactenus Cicero. Vide Valerium Maximum libro nono, capite duodecimo, & libro octauo, capite ſeptimo. Cic. in Catone.* D Cratinus autē poëta Comicus.] *Callimedis Athenienſis filius, veteris Comœdiæ poëta, & penè author fuit, ſi ab Horatio ſtamus. Floruit Olympiade octuageſimaquinta. Fabulas vnam & viginti ſcripſit. Audax autem à Perſio Satyra prima appellatur, quia mira dicendi acerbitate Athenienſes proſcidit. diemque ſuum obijt, eo tempore quo primùm Lacedæmonij in Atticam irruerunt, eo anno quem obſeruauit Lucianus noſter.* E Philemo Comicus.] *Philemonem ex Quintil. libro decimo Prænotamentis in Ariſtophanem, Apuleio Floridorum ſecundo, & Gellio volumine decimoſeptimo, capite quarto, tertia nouaque Comœdiæ Poëtam fuiſſe, quem & vim riſus immoderati abſtuliſſe ex Valerio maximo libro nono, capite duodecimo, & Suida etiam didicimus. Secùs credidit Plutarchus in Commentario, An ſeni accedendum ſit ad Rempubl. adminiſtrandam. Quàm comiter ſe erga eum geſſerit Magas, ipſe Plutarchus in libello de priuatione Iræ patefecit. Diogenes Laërtius hoc mortis genus Chryſippo accidiſſe ſcriptum reliquit. Aelianus verò in libro de Prouidentid, aliam de Philemonis morte hiſtoriam affert.* F Epicharmus autem & ipſe poëta Comicus.] *Epicharmi patria eſt incerta. parentes habuiſſe Chimarum & Sicidam dicitur. Suidas cum Ariſtotele affirmat, eum cum Phormo Comœdiam inuen-ſſe*

*inueniſſe in Sicilia. Vixit Hieronis tyranni tempore, circiter ſeptuageſimamquartam Olympiadem. Multas fabulas Dorica lingua docuit. Eum imitatus eſt Plautus. Horatius libro Epiſtolarum ſecundo:*

Plautus ad exemplar Siculi properare Epicharmi.

G Anacreon poëta Lyricus.] *Plinius naturalis Hiſtoriæ libro ſeptimo, capite ſeptimo refert, Anacreontem poëtam acino vuæ paſſæ ſtrangulatum. Pluresque incertis cauſis ſubitò abſumptis, commemorat in eodem libro. At horum exemplorum pleni ſunt authores.* H Quinque & octoginta.] *Lilius Gregor. Girardus de Poëtis in Steſichoro ſcribit legendum eſſe nonagintaquinque.* I Steſichorus.] *Steſichorus, Simonides, Heſiodus grandes natu cygnæum neſcio quid, & ſolito dulcius vicina morte cecinerunt. Hieronymus ad Nepotianum.* K Simonides Cius ſup. nonan.] *Octogeſimo anno & docuiſſe ſe carmina, & in eorum certamen deſcendiſſe, ipſe gloriatur. Valerius libro 8. capite de Studio & Induſtria. Ad hunc authorem refertur ars memorandi, & propter dulcedinem vocatus fuit* Melicerta, *qui natus eſt in inſula Ceo, teſte Suida. Eſt autem Ceos, vna ex Cycladibus. Strabo in libro decimo. Is eſt qui duas arcas oſtendere ſolebat, alteram beneficentiæ, alteram gratitudinis: de quibus alibi à nobis dictum eſt. Lyricus fuit Poëta. Theognidi σύγχρονος.* L Lycurgus Lacedæmoniorum leg. conditor.] *Conſtans opinio eſt, eum circiter Agrippæ Syluij tempora floruiſſe: quo tempore Pharnaces Medus Sardanapalum imperio & vita priuauit, teſte Paterculo. De eius legibus lege Xenophontem in eo libro, quem de Lacedæmoniorum legibus conſcripſit: Plutarchum in eius vita: Lucianum noſtrum in Aſtrologia. Sublatæ ſunt eius leges & diſciplina poſtquam* D. CCC *annis ſteterunt, Anno ab Vrbe condita* D. LXV. *Marco Fuluio & Cn. Manlio Volſo, Conſulibus.* M Dijs volentibus, preſtantiſs. Quintille.] *Quod fit dijs volentibus, σὺν τῷ θεῷ fit Græcis. Sophocles in Aiace flagellifero: σὺν τῷ θεῷ πᾶς καὶ γελᾷ κ᾽ ὀδύρεται:* id eſt, *Deo volente quiſque ridet, atque flet. Ariſtophanes in Equitibus: ἀλλ᾽ ὁδὶ προσέρχεται ὥσπερ κατὰ θεὸν εἰς ἀγοράν.* Id eſt, *Sed ipſe in concionem prodit huc, tanquam Deo volente. Contrà*

*ſine Deo fit, quod abſque deorum fauore fit. Pindarus in Pythijs hymno quinto,* οὐ θεῶν ἄτερ: id eſt, *non ſine dijs. Horatius libro tertio, Oda quarta:*

Non ſine dijs animoſus infans.

*Et Virgilius:*

Haud equidem, ſine mente reor, ſine numine diuûm.

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΔΙ-
ψάδων.

*DE * DIPSA-
dibus.*

## Vincentio Obſopœo interprete.

### *ARGVMENTVM.*

PRæfatio quædam eſt, cuiuſmodi & ſuperiores nonnullæ ſunt, qua ſtudium ſuum erga auditores, ſiue quicunque illi tandem fuêre quibus cum verſatus tum fuit, collatione iſta cum Dipſadibus facta, declarat. Vt enim eos qui ab hoc genere ſerpentis percuſsi ſunt, inexplebilis quædam ſitis inuadit, ita vt quò ſunt plus potæ, plus ſitiantur aquæ, vt ille ait: ita ſe quoque deſiderio quodam inſatiabili teneri ait, & quò frequentiùs apud illos ſit, eò magis ac magis eſſe cupere. Porrò quòd ad Dipſadis morſum, & ſitim iſtam lethalem attinet, habes conſimilem fermè deſcriptionem atque exemplum. Auli cuiuſdam ſigniferi in exercitu Catonis, qui eodem modo perijt, vt ille de quo epigramma præſentis narrationis teſtâtur, apud Lucianum libro nono, vbi & cæterorum ſerpentium genera, de quibus hic mentio fit, enumerantur: addita etiam fabula, cur Libya ſerpentibus ita abundet, atque infeſta ſit.

Τῆς